


**H** III: Dixit ih̄c discipulis  
pulis iuis. Audistis quia di  
cum est antiquus. non pui  
raris. Reddet autē dñō iura  
mentū tuū. ego iurē dico iu  
ris. non iurare omnino neq;  
p̄ seculū. q̄a iuramentū dei est  
neq; p̄ trinitatē. quia scabatur

redde cum eo alia duo. Et c  
p̄nt a te da ei. & uolenti  
tuari a te ne amittaris. **H** III  
y dieb; iiii: Ap̄rent **H** III  
autē tobias os suū bene  
te dñm & dixit. Magnū  
mme iuramentū. & m  
reptum tuū. p̄m̄tu sag



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
Hielmst. 527 8° (LN 746 8° copy 2)



ignis est. neq; p caput tuum  
iuraueris. quia non perforauit  
capitū album facere disti  
gnim. Sic autē sermo v̄r. et  
est. non non. Quod autē habui  
dantius est. amalo est. Iudis  
tis quia distim est. oculum  
pōlo dentim. p dante. Ego autē  
dico vobis. non resistite malo.  
S; si quis te percutit in dante

in dante

in manu tuam. Constat  
dno filij iacob. & in consp  
gnetum laudate eum. qui  
dispisit nos inter gentes que  
operant dñm. ut nos cre  
mirabilia eius. & faciant ioc  
cas quia non est similis dñs p  
cum. Ipse castigat nos p  
iniquitates n̄as. & saluab  
nos ipse p̄pter misericordiam su  
Miserere quod que fuerit



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
Hielmst. 527 8° (LN 746 8° copy 2)





Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
Hielmst. 527 8° (LN 746 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
Hielmst. 527 8° (LN 746 8° copy 2)



eius preuenit  
Rs: **G**reg  
agnum  
uocant nos  
tatis sanctorum  
qui eripuit nos  
tenebrarum. &  
num filij dei  
omni habent

um dixi  
mi ne & pro  
Abba



327

8

N<sup>o</sup>. 527.



*M. Müller fecit*



= LN 746

ex. 2



Hj. 527 8°





20  
IHS

Incipit Petrus  
Iacobus  
Iacobus  
Incipit  
Iacobus

Procurator locofuero  
Festum meum desidero  
Quam letus cum invenero!  
Quam foelix cum tenuero!



Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

AL  
P

NICO



EX



Antidotum  
ADVERSVS  
PESTEM DE  
SPERATIONIS.

*Autore*  
NICOLAO HEMMINGIO.



S E R V E S T Æ  
Excudebat Bonaventura Faber.

cl. l. XC.



Antidotum

ADVERSVS

PESTEM DE

SPERATIONE

enimvero

NICOLAUS HEMMINGIUS



tar li  
confu  
receda  
conscie  
ciam  
mizu  
ni, a mi  
& excita  
misericor  
tius: eo  
insidys i  
bius, C  
pedita  
sem in  
manier  
tation  
firmu  
sint:  
res  
Sau



## Ad Lectorem.

**D**VPLEX ESSE IN  
Ecclesia militante, genus ho-  
minum: unum piorum, im-  
piorum alterum, sacra testan-  
tur litera. Illi quidem Dei iustitiam ita  
considerant, ut à misericordia eius non  
recedant: atque ita tranquilla fruuntur  
conscientia quiete. Hi eandem Dei iusti-  
ciam ita contemplantur, ut horribili fre-  
mitu & metu iusti ac severi iudicij diui-  
ni, à misericordia Dei turpiter deficiant,  
& excidant. Quò autem pijs, solius DEI  
misericordia sese conseruari sciunt cer-  
tius: eo multò quàm impijs, à Diaboli  
insidijs impetuntur miserabilius & acer-  
buis. Cuius exempla plurima nobis sup-  
peditat sacra historia. Ad eiusmodi au-  
tem insultus & machinationes Diaboli  
muniendi sunt animi piorum, ut ex ten-  
tationibus tandem emergant, victores  
firmius consistant, alijsq; suo exemplo pro-  
sint: quòd si verò aliquando ruant, fortio-  
res tamen surgant: nec cum Pharaone,  
Saule, Iuda, Simone & alijs, ab agnita



Dei misericordia desperent. Talia animorum infirmorum remedia proponit nobis vir absoluta doctrina & pietatis  
**NICOLAUS HEMMINGIUS**  
in breui de desperationis antidoto tractatu, quem, cum mihi ab amico quodam meo communicaretur, ideo in scio authore (in quo facile apud illum excusationem mereri me puto) edere volui, ut communibus studijs consulerem. Videbam enim huius viri monumenta haecenus quidem edita, in omnium propè studiosorum manibus versari ac legi: ea verò, quae lucem adhuc nondum viderunt, cum adhuc in litura essent, diligentissimè colligi ac describi. Tu igitur, lector benevole, hoc meum consilium, à quo non alienum est aliorum literatissimorum hominum iudicium probabis, auctori verò de Ecclesia bene merenti vitam longiorem precaberis. Vale & nobilissimo ac utilissimo hoc scripto feliciter perfruere.

Samuel Selfisch Iunior.



# Antidoton

*aduersus pestem despera-  
tionis.*



VOD CHRISTVS

in agone mortis suis discipulis mandauit, ad nos quoq; pertinere cogitemus. Vigilate, inquit, & orate, ne introëatis in tentationem: quibus verbis, & quantis in periculis versemur, donec in hoc mundo peregrinamur: & quanta diligentia cauere hostium insidias oporteat: & quomodo id fieri debeat, significatur. Vigilandi verbo, non solum nos hostes habere, & ab hostibus cingi, verumetiam summum studium adhibendum esse, in cauendis hostium, Satanae, carnis, mundi insidiis monemur, ne quo modo acerrimi isti hostes nos inuadant, fidem euertant, conscientiam vastent, ac spolient nos vestimentis illis candidis, quibus Christus Sponsus noster nos ornauerat.

A iij

Beatus



6 ANTI DOTVM

Beatus (ait Dominus in Apocalyp. 16. 15) qui vigilat & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. Sunt autem vestimenta Christianorum, iusticia & sanctitas. Iusticia induitur per fidem: obedientia enim Christi, quæ est Christianorum iusticia, credenti imputatur. Sanctitas induitur per spiritum sanctum: Credentes enim, et iustificati fide, donantur spiritu sancto, qui in ijs tales motus creat, qualis ipse est: vnde fit, vt nostra obedientia sit spontanea & alacris. Hæc vestimenta, vult Dominus, vt custodiamus, ne nudi ambulemus, spoliati á nostris hostibus, sathana, mundo, carne. Quoniam autem non est humanarum virium, tantis & tam immanibus hostibus occurrere, iubet nos dominus orare, vt quod ex nobis non possumus, in Christo facile valeamus. Confidite, inquit, ego vici mundum, Iohannis decimo sexto, versu trigesimo tertio. Huc  
respe-



ADVERSVS DESPER. 7

respexit Iohannes, cum scriberet  
j. Ioh : 5. 4. Hæc est victoria, quæ  
vincit mundum, fides nostra. Vt e-  
nim fide Christum possidemus, ita  
Christi virtute hostes nostros spi-  
rituales superabimus. Quare cum  
semper oppugnamur ab hostibus,  
semper orabimus, vt Christus victor  
nobis semper adsit, ne ab hostibus  
nostris vnquam expugnemur. Et  
quia sæpe labimur ( tanta est enim  
carnis nostræ infirmitas, tanta mun-  
di peruersitas, tantæ Sathanæ in-  
fidia ) duo in primis cauenda sunt.  
Vnum, ne lapsi immoremur in pec-  
cato. Nam quò diutius in cœno  
peccati volutamur, eò difficiliùs in-  
de eluctamur. Alterum, ne circum-  
uenti ab hostibus, & diutius in  
peccati cœno detenti, desperemus  
veniam. Nam prima salus est, citò  
resipiscere, & declinare culpam: se-  
cunda, non desperare veniam.  
Nam desperare veniam extremum  
malorum est. Vt autem hic scopu-  
lus desperationis diligentius à nobis

A 4 ca-



caueatur, visum est mihi hoc tempore remedia aduersus desperationis venenum ex apotheca Dei, id est, scriptura sancta colligere ac dicam :

*Primum, quid sit desperatio, & quàm horrendum malum sit.*

*Deinde, quomodo occurrendum sit desperationi, ne hominem in mortem æternam precipites.*

### DE PRIMO.

Desperatio (de qua nobis hîc sermo erit) est horribilis mentis & cordis seu conscientiaë trepidatio, ex sensu iræ diuinæ propter peccatum concepta, cum metu æternæ damnationis, sine vlla expectatione veniæ. Tristissima exempla in Cain & Iuda conspiciuntur. Vterque enim desperationis gurgite absorptus est. Cain oppressus sensu iræ diuinæ & metu æternæ damnationis exclamat: Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam consequar. Iudas prodito domino pœ-

no p  
pisc  
nem  
nasc  
cont  
ex d  
um. I  
non A  
In his  
rationi  
initium  
fis, & op  
eos om  
qui, qui  
quantur.  
3, 12. his ve  
occidit (S  
fratrem  
la erant,  
crisim igr  
tris iusti  
est frat  
mala to  
ratur d  
quam



ADVERSVS DESPER.

no pœnitens quidem, sed non resipiscens ait: Peccaui, tradens sanguinem iustum. In Cain ex desperatione nascitur obduratio, cum extremo contemptu Dei & Ecclesiæ. In Iuda ex desperatione nascitur homicidium. Nam hic magnitudinem doloris non sustinens strangulauit seipsum. In his duobus exemplis initia desperationis diuersa sunt. In Cain enim initium desperationis fuit hypocrisis, & opinio meriti, cuius natura est eos omnes extremè odisse & persequi, qui suas superstitiones non sequantur. Id quod Iohannes, 1. Ioh. 3. 12. his verbis indicat. Cuius gratia occidit (scilicet Cain) eum? (scilicet fratrem suum) Quia opera eius mala erant, fratris autem iusta. Hypocrisim igitur Cain excepit odium fratris iusti, odium fraternum secutum est fratricidium. Hinc conscientia mala torquet animum, quam comitatur desperatio de venia: quæ postquam induruit, factus est Cain sum-

A s mus



mus cōtemtor Dei, & persecutor Ecclesiae. Huius exemplum multi tyranni hodie in papatu imitantur. Atq; ita Cain magnam catenā scelerum texuit, videlicet præsumptionis de merito, odij fraterni, fratricidij, desperationis, obdurationis, contemptus DEI, & persecutionis Ecclesiae. In Iuda initium desperationis seu primus gradus fuit diffidentia, quæ est mater auaritiæ. Nam vbi vera fides est promissionis diuinæ, nullum locum habet auaritia, quæ idolatria à Paulo dicitur. Hæc auaritia à diffidentia nata sollicitat Iudam ad furtum, vt semper aliquid decerpserit furtim ex ijs, quæ Domino in subsidium à pijs hominibus donabantur. Hinc est quod adeò fremuit, cum videret Mariam sororem Lazari effundere pretiosum vnguentum in pedes Iesu. Quare, inquit, hoc vnguentum non vœniijt trecentis denarijs, & datum est pauperibus? Dixit autem hoc (ait Euangelista Iohan. 12.

s.) non

s.) n  
 fet,  
 hab  
 port  
 pian  
 ni pe  
 lapsu  
 hinc i  
 Coniu  
 ta, vid  
 am, fur  
 desperat  
 rum om  
 fuit despe  
 ius malun  
 misericor  
 liare De  
 nia pecc  
 sperat,  
 dem: n  
 qui de  
 quatur  
 re cha  
 tem, i



ADVERSVS DESPER. 111

5.) non quòd pauperum ipsi cura esset, sed quia fur erat, & marsupium habebat, & ea, quæ mittebantur, portabat. Ab hoc fremitu aduersus piam foeminam, quæ vnxit Domini pedes, in proditiõne Domini prolapsus est, hinc in desperationem, hinc in laqueum, quo se strangulauit. Coniunxit ergo Iudas multa peccata, videlicet diffidentiam, auaritiam, furtum, inuidiam, proditiõnem, desperationem, & homicidium. Horum omnium scelerum maximum fuit desperatio. Quodnam enim maius malum esse potest, quàm negare misericordiam DEI, quod est spoliare Deum sua gloria? Qui de venia peccatorum (ait Augustinus) desperat, negat Deum esse misericordem: magnam iniuriam Deo facit, qui de eius misericordia diffidit: quãtum in se est, negat Deum habere charitatem, veritatem, potestatem, in quib<sup>9</sup> tota spes mea consistit,

scili-



scilicet in charitate adoptionis, in veritate promissionis, & in potestate redemptionis. Et Bernhardus ait: desperatio auget peccatum: desperatio maior est omnibus peccatis: desperatio peior est omni peccato.

Porro desperationi duo opponuntur, videlicet bona rectaq; spes ex verbo Dei per Spiritum sanctum concepta, & peruersa securitas. Illa salus est animæ: hæc pestis. Est autem bona & recta spes firma expectatio æternæ vitæ, & beatitudinis propter Christum, qui fide apprehenditur. Contrà verò, peruersa securitas est, cum homo ideo indulget peccatis suis, quia scit Deum esse misericordem: quod quid, quæso, aliud est, quàm Deum contemnere, & pretiosum Christi sanguinem pedibus calcare? Non enim effudit sanguinem suum in ara crucis, vt tu indulgeas libidini tuæ, auaritiæ, furto, tyrannidi, sed vt à peccato declines, & secteris iusticiam. Ab hac igitur securitate

cu  
Sya  
qui  
nus  
ven  
cata  
serico  
dinen  
gnosc  
inquit  
ab eo p  
furor ei  
vult, cur  
remissio  
dubitare  
sericordi  
rum. Id  
confiliu  
conuer  
die duc  
uerfa s  
nimæ.  
verse s  
dunt  
perue



ADVERSVS DESPER. 15

curitate peruersa dehortatur sapiens Syracidæ s. 4. Ne dixeris, peccaui, & quid mihi acerbum accidit? Dominus patiens est, non te dimittet, de venia ne sis nimium securus, vt peccata peccatis cumules. Ne dicas, misericordia eius plurima est, magnitudinem peccatorum meorum mihi ignoscet. Rationem subiungit. Quia, inquit, tam ira, quàm misericordia ab eo properabit, ac super sceleratos furor eius requiescet. Sapiens vt non vult, cum ita loquitur, homines de remissione peccatorum, siue venia dubitare, ita non vult eos abuti misericordia Dei ad licentiam peccatorum. Ideo mox apponit saluberrimū consilium: non differas, inquit, conuerti ad dominum, nec diem ex die ducas. Fugienda est igitur peruersa securitas seductrix ac pestis animæ. Nemo, ait Augustinus, peruersè sit securus, ista enim Duo occidunt animam: aut desperatio, aut peruersa spes.

DE



## DE SECVNDO.

Præclarè dictum est ab Augusti-  
 no de pœnitentia: Quicquid feceris,  
 quantumcunque peccaueris, adhuc  
 in vita es: vnde te omnino, si sanare  
 nollet, De<sup>o</sup> auferret. qui enim clamã-  
 do tibi persuasit, ne recederes, par-  
 cendo clamat, vt redeas. Hactenus  
 Augustinus. Quapropter omnino  
 statuendū est, quòd quàm diu homo  
 viuit, quantumuis magnus peccator,  
 si confugerit ad misericordiam in ve-  
 ra pœnitentia, verè recipiatur in gra-  
 tiam. Gratia enim superat pecca-  
 tum, vtut magnum, multum & hor-  
 rendum sit: nec DEVS delectatur  
 morte peccatoris, sed vt conuertatur  
 & viuat. Filius Dei dicit Luc. 5.  
 32. Non veni vocare iustos, sed pec-  
 catores ad pœnitentiam. Item Mat.  
 11. 28. Venite ad me omnes, qui la-  
 boratis & onerati estis, ego refocil-  
 labo vos. Cum his congruit dictum  
 Domini. Ezech. 18. 27. In quacun-  
 que die conuersus fuerit homo à via  
 sua

fua  
 eius  
 sum,  
 tuas p  
 orum  
 magis  
 cens n  
 ma ad  
 comme  
 bet nos  
 nostrum  
 num ipse  
 pater est,  
 autem cur  
 respiscens  
 erga se du  
 bitare de  
 clement  
 ga quem  
 tem piri  
 Prodig  
 ait: Qu  
 ter filio  
 mentil  
 nos pr  
 pecca



ADVERSVS DESPER IS

sua pessima, omnium iniquitatum eius obliuiscar. Et Esa. 43. 25. Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Dominus & magister noster Iesus Christus, docens nos orare, remedia efficacissima aduersus desperationem nobis commendat. Primùm enim cùm iubet nos compellare Deum patrem nostrum, vult vt agnoscamus paternum ipsius animum erga nos, vt qui pater est, nos autem filij eius. Iam autem cùm nullus filius verè & seriò resipiscens, de voluntate patris sui erga se dubitare potest, neq; nos dubitare debemus de tam boni patris clementia. Hic affectus Dei patris erga quemlibet peccatorem resipiscẽtem pingitur in parabola de filio Prodigio Luc. 15. & Dauid Psa. 103. 13. ait: Quemadmodum miseretur pater filiorum, miseretur Dominus timentibus se. Deinde Dominus iubet nos precantes dicere: Dimitte nobis peccata nostra, quod sane nõ faceret

iii si



nisi vellet peccata remittere. Vnde Augustinus: Cur docuisset ipse dominus orantes dicere: Dimitte nobis debita nostra? nisi ipse misericors perseueraret, qui nos ab hac precatione non vult deficere. Præterea iubet nos petere liberationem à malo, vult igitur nos liberare, modò in seria pœnitentia ad illum confugerimus. Hæc breuiter dicta sint de communi remedio aduersus omne peccatum, quantumcunque aut qualecunque fuerit, siue malitiæ, siue infirmitatis, siue ignorantia. Iam autem quoniam in alijs atque alijs possunt esse aliæ atq; aliæ desperationis causæ, secutus peritos medicos, qui omnium primùm conantur causas morborum amouere, causas desperationis inquiram, atque ijs remedia ex verbo Dei opponam: quò homo desperabundus erigatur in spem veniæ, & vincat tristissimũ desperationis malum. Videntur autem mihi præcipuæ desperationis causæ hæc sex.

Prima.



ADVERSVS DESPER. 17

*Prima, Enormitas peccatorum.*

*Secunda, ignoratio voluntatis Dei.*

*Tertia, Opinio particularitatis.*

*Quarta, Opinio peccati in Spiritum  
sanctum commissi.*

*Quinta, Moles calamitatum sine  
intermissione.*

*Sexta, Inueterata & longissima pec-  
candi consuetudo.*

Si has causas desperationis su-  
stulerimus, facilimè sanabitur de-  
sperabundus.

*De prima causa despe-  
rationis.*

Prima causa desperationis, vt  
proposuimus, est Enormitas pecca-  
torum, quæ quis perpetravit, qui-  
busque se non Dei seruum, sed pec-  
cati & Diaboli mancipium declara-  
uit. Qui facit peccatum, (ait Domi-  
nus Iohan. 8. 34.) seruus est peccati.  
Seruus autem peccati, Diaboli man-

B

cipi-



ANTIDOTVM

cipium est, ei que militat, qui turpitudine peccatorum delectatur in contumeliam Dei. Ex quo patet quàm abominabile malum sit peccatum, & quàm graue, adeò vt omnes creaturæ, ne minimum quidem peccatum suis meritis possint expiare. Quid ergo hîc homini faciendum, sibi conscio tam horrendi mali? in apothecam, id est, in sanctuarium Dei oportet eum ingredi, ibique antidota contra desperationem, quæ ex enormitate & abominatione peccati oritur, quærere. Est autem apotheca seu sanctuarium Dei, ipsa Ecclesia Dei, in qua sonat verbum Dei, quod verbum sex rerum oppositarum comparationes habet, quarum singulæ facili mē mederi desperationis malo, quod ex enormitate scelerum nascitur, possunt.

Com-



ADVERSUS DESPER. 19  
COMPARATIONES  
autem hæ sunt,

1. Peccati & gratia.
2. Miseria hominis, & misericordia
3. Debiti & solutionis. (Dei.
4. Adam & Christi.
5. Inimicitia & reconciliationis.
6. Morbi & medicina, seu agroti  
& medici.

In his videndum est, quæ pars  
potentior & efficacior sit, & quæ im-  
potentior & minùs efficax.

Prima collatio est peccati & gra-  
tia. Sit fanè enorme peccatum tu-  
um, si homines respicis, quorum pec-  
cata, quàm tua leuiora, minora, &  
pauciora videntur pondere & men-  
sura: attamen absit, vt excedat grati-  
am Dei, quæ mensurâ & pondus pec-  
cati totius mundi in infinitum exce-  
dit & superat. Nequaquam ergo tuū  
peccatum potentius est ad damnan-  
dum, quàm gratia Dei ad saluandū.  
Noli hoc scelus committere, vt existi-  
mes peccatū totius mundi, nedum  
B 2 tuum



tuum solius maius esse gratiã : fidem  
 adhibe spiritui sancto in Paulo lo-  
 quenti Rom : 5. 20. vbi inter cætera  
 hanc auream sententiam toto pe-  
 ctore amplectendam habet : Vbi ab-  
 undauit peccatum, superabundauit  
 & gratia, hoc est, vehementer & su-  
 pra omnem modum exuperat gra-  
 tia supra peccatum. Loquitur au-  
 tem Paulus non de peccato vnus  
 hominis, sed de peccato totius mun-  
 di, quod peccatum si superat gratia,  
 vt reuera teste spiritu sancto superat  
 peccata totius mundi, cur non tu-  
 um, quantumuis magnum & triste  
 peccatum superaret ? Gratia hoc  
 loco est gratuitus fauor Dei & bene-  
 uolentia, qua omnia peccata homi-  
 nis conuertentis se ad deum per fi-  
 dem in Iesum absorbentur. Nam  
 Deus pater omnes respiscentes cha-  
 ros habet in dilecto. Nunquam pro-  
 inde ita peccatum abundare potest,  
 quin gratia, qua deus nobis remittit  
 peccatum propter mortem filij, &  
 impu-

imp  
 abu  
 per  
 lati  
 fort  
 Pro  
 pecc  
 tione  
 tum  
 men  
 docto  
 ster eu  
 tius pe  
 finitum  
 tuum p  
 si in ve  
 uis ex  
 nitat  
  
 hon  
 ria  
 Su  
 ui  
 ri  
 gr



imputat iusticiam filij sui, sit multò abundantior, adeò vt à peccato superari nullo modo queat. Hæc collatio peccati & gratiæ, vt clypeus fortissimus opponatur desperationi. Proinde ergo, quando enormitas peccatorum tuorum te ad desperationem sollicitat noli arguere spiritum sanctum in Paulo loquentem: mendacij, sed potius statue illum esse doctorem veritatis, vt magister noster eum nominat, & certissimo certius persuadeto tibi, gratiam in infinitum esse potentior, quàm tuum peccatum: ad quam gratiam, si in vera poenitentia confugeris, saluus eris, & beatus in omnem æternitatem.

Secunda collatio est miseriæ hominis, & misericordiæ Dei. Miseria hominis est iusta peccati poena. Sublato igitur peccato ex gratia, soluitur poena, quæ est humana miseria. Tametsi igitur ingens est, & grauissima miseria humana: tamen  
nullo



nullo pacto maior est misericordia Dei. Nam cum hæc misericordia omnia Dei opera excedat, fieri non potest, ut à miseria humana vincatur. Sic enim scriptum est psalm: 145. ver. 9. Bonus est Dominus omnibus, & miserationes eius super omnia opera eius. Causa huius immensæ misericordiae Dei *προκαταρκτητική* quidem, id est, exterius mouens, ut obiectū, est miseria humana. *προσηγουμένη* verò, id est interius vrgens est bonitas & amor, quo Deus humanum genus, ut nobilissimam suam creaturam creatam & formatam, ad imaginem & similitudinem suam complectitur. De hoc amore Dei erga genus humanum testimonium perhibet Dominus noster Ioh. 3. 16 cum ait: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Miseriam ergo humanam, cuius extremus gradus est æterna condemnatio, absorbet misericordia Dei ex in-  
 timo-

tin  
 fili  
 po  
 nã  
 ira  
 lum  
 Dei  
 mul  
 reme  
 reme  
 omni  
 cordia  
 est no  
 dicta D  
 dia Do  
 7. Apu  
 & cop  
 Item.  
 vniue  
 super  
 serat  
 tard  
 cors  
 dum  
 mis



ADVERSVS DESPER. 25

timo amore profecta propter mortē  
filij, idque in omnibus, qui in vera  
pœnitentia, ad Deum conuertuntur,  
nā alios omnes, hoc est, incredulos,  
ira Dei sempiterna obruet: non so-  
lūm propter peccatum contra legem  
Dei commissum, sed etiam, idque  
multò magis, propter contemptum  
remepium aduersus peccatum: quod  
remedium euangelium promiscuè  
omnibus offert. Porrò de miseri-  
cordia Dei, quæ multò potentior  
est nostrā miseriā, teneantur hæc  
dicta Dauidis psalm: 32. 5. Misericor-  
diā Domini plena est terra. Item. 130  
7. Apud dominum est misericordia,  
& copiosa apud eum redemptio.  
Item. 144. 9. Suavis dominus  
vniuersis, & miserationes eius  
super omnia opera eius. Item. 8. Mi-  
serator & misericors Dominus,  
tardus ad iram, & multūm miseri-  
cors. Item 103, 13. Quemadmo-  
dum miseretur pater filiorum,  
misertus est Dominus timentibus se.

B 4

Item.



Item. psal 103. 7. Misericordia domini ab æterno, vsque in æternum, super timentes eum. Item psalm : 103. II. super altitudinem cœli à terra corroborauit misericordiam suam super timentes se. Huc addam dulcissimū dictum domini, quod est Esaiæ 49. 15. Nūquid obliuiscetur mulier infantis sui, ita vt misereatur filij vteri sui? etsi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Dictum Augustini, consolatione plenissimum : Cain dicit : maior est iniquitas mea, quàm propitiatio : mentiris Cain (ait Augustinus) Nam dei misericordia maior est omnium peccatorum miseria. Fulgentius præclarè dicit : DEVS noster sic est misericors & bonus, sicut infinitus & inuictus. Proinde bonitas inuicti non vincitur, & infiniti misericordia non finitur. Item, iustus est Deus & misericors, sicut ergo potest per iusticiam damnare auersum, sic potest per misericordiam semper saluare conuersum. Basiliius  
Ma-

Ma  
nit  
tud  
Dei  
num  
mag  
mult  
cogit  
& nu  
vero  
dum  
tux, &  
seration  
meas: n  
ris Dom  
pud te  
demptio  
August  
ad De  
tantu  
& def  
& no  
dimi  
luti



Magnus magnitudini peccati oppo-  
 nit τὸ μέγεθ' τῆς ἐλέης Dei, & multi-  
 tudini peccatorū τὸ πλῆθος οὐκτεμεμῶν  
 Dei. Si ergo illam ponderare, & hos  
 numerare poteris, despera. Ad hanc  
 magnitudinē misericordiæ, ad hanc  
 multitudinem miserationum homo  
 cogitans de suæ miseriæ pondere  
 & numero confugiat, & dicat  
 vero corde: Miserere mei, secun-  
 dū magnitudinem misericordiæ  
 tuæ, & secundū multitudinem mi-  
 serationum tuarum, dele iniquitates  
 meas: nam si iniquitates observaue-  
 ris Domine, quis sustinebit? sed a-  
 pud te est propitiatio & copiosa re-  
 demtio. Hic locum habet dictum  
 Augustini: Non timeat accessurus  
 ad Deum aliquas iniquitates suas,  
 tantummodo accedat pleno corde,  
 & desinat facere, quæ antea faciebat,  
 & non dicat: illa iniquitas mihi non  
 dimittetur.

Tertia collatio, est debiti & so-  
 lutionis, seu culpæ & satisfactionis.

B s Pec-



Peccata nostra debita nominantur  
 propter similitudinem. Vt enim de-  
 bita ciuilitate obligant ad solutionē,  
 vel pœnam: ita peccata spiritualiter  
 obligant ad satisfactionē, aut ad pœ-  
 nam æternam. Nam ita peccata no-  
 stra nos reatui obstringunt apud Dei  
 tribunal, & debitores constituunt, vt  
 nulla spes sit obtinendæ gratiæ, nisi  
 per satisfactionem. Hæc satisfactio  
 est mors Domini nostri Iesu Christi,  
 vt sequentia testantur testimonia.  
 Rom. 4. 25. Mortuus est, scilicet Do-  
 minus Iesus Christus, pro peccatis  
 nostris, & resurrexit propter iustifica-  
 tionē nostram. Ioh. 1. 29. Ecce agnus  
 Dei, qui tollit peccatum mundi. 1.  
 Timoth. 2. 5. Vnus est Mediator Dei,  
 & hominū, Homo Iesus Christus, qui  
 dedit seipsum ἀντίλυτρον pro omnib⁹.  
 Rom. 3. 27. Omnes peccauerūt, & de-  
 stituuntur gloria Dei, iustificantur gra-  
 tis ipsius gratia, per redemptionem,  
 quæ est in Christo Iesu, quem pro-  
 posuit DEVS propitiatorium, in  
 san-

fan  
 mo  
 pur  
 Ioh  
 ple  
 stris,  
 tius  
 H  
 stra, &  
 inter se  
 conster  
 ad dam  
 Christi a  
 tens sit p  
 rientia t  
 enim pe  
 gibus, n  
 bus, no  
 li arati  
 siquide  
 iicit, &  
 etat,  
 per f  
 ruit æ  
 debit



fanguine eius, in prima Iohannis primo, versu nono. Sanguis Filij eius purgat nos ab omni peccato, prima Iohannis secundo, versu secundo. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed totius mundi.

Habemus, quæ sint debita nostra, & quæ sit satisfactio: nunc ea inter se conferamus, vt nobis certò constet, sitne potentius peccatum ad damnandum, quàm satisfactio Christi ad saluandum. Quàm potens sit peccatum tristissima experientia totius mundi testatur. Lex enim peccati nemini parcit, non regibus, non sapientibus, non diuitibus, non pauperibus, nulli sexui, nulli ætati, nulli nationi parcit: omnes siquidem varijs calamitatibus subiicit, & tandè non solum morte mulctat, verumetiam omnes, qui non per satisfactionem liberantur, obruit æternis pœnis. Huiusmodi est debitum nostrum, sic mulctat  
lex



lex peccati omnes, qui illud non sol-  
 uunt. Attamen vtut sæuum est: vtut  
 horrendum, vtut maximum, ta-  
 men finitum est, superabile est, &  
 potest in nihilum redigi. *λύτρον* enim  
 filij Dei multò potentius est sua bo-  
 nitate, quàm debitum malitia: mul-  
 tò est fortius ad saluandum, quàm  
 debitum ad perdendum: multò ef-  
 ficacius est ad salutem, quàm debi-  
 tum ad damnationem. Non dubito,  
 ait Bernhardus, quin multò poten-  
 tior & efficacior sit mors Christi in  
 bonum, quàm peccata nostra in ma-  
 lum. Qui sic? quia satisfactio est in-  
 finita, immensa: debitum finitum, &  
 mensurabile. Quomodo, inquires,  
 poterit vnus hominis mors esse sa-  
 tisfactio pro tot peccatis totius mun-  
 di? Nonne mors illa finita est? non-  
 ne temporaria? nonne iam præterijt?  
 fateor quidem, quòd mors sit vnus  
 hominis, fateorque quòd finita sit,  
 quòd præterierit, non enim amplius  
 moritur, teste Paulo: attamen mors  
 illa

il  
 in  
 el  
 ha  
 m  
 & l  
 sed  
 Hin  
 pret  
 factio  
 tis. C  
 na, vt  
 peccau  
 tem p  
 vnus h  
 totius  
 rum q  
 tentiu  
 ra pol  
 satisfa  
 pro ill  
 um, &  
 quia l  
 sonan  
 ergo l



ADVERSVS DESPER. 29

illa finita, est infinita satisfactio, est  
infiniti pretij & valoris, quoniã non  
est mors puri hominis, qualis Io-  
hannis & Petri fuit, sed est mors ho-  
minis, qui est Deus. Nam Deus  
& homo vnus Christus mortuus est,  
sed in ea natura, quæ mori poterat.  
Hinc est quòd mors Christi sit infiniti  
pretij & valoris, sufficiatque ad satis-  
factionem pro totius mundi pecca-  
tis. Conguebat enim iusticiæ diui-  
næ, vt quemadmodum vnus homo  
peccauit; ac totam suam posterita-  
tem peccato, & reatu inuoluit: Sic  
vnus homo satisfaceret pro peccatis  
totius mundi iuxta scripturam. Ve-  
rùm quia minimum peccatum po-  
tentius erat, quàm vt omnes creatu-  
ræ possent illud superare, aut pro illo  
satisfacere, ideo oportuit illum, qui  
pro illo satisfaceret, esse verum De-  
um, & verum hominem: vt possset,  
quia Deus: deberet, quia homo, per-  
sonam totius mundi sustinens. Etsi  
ergo hic homo Iesus Christus semel  
mor-



10 ANTIDOTUM

mortuus est, tamen ipsa mors perpetuò valet, ad saluandos omnes, qui ad Deum in vera pœnitentia confugerint. Heb. 10. 14. Vna oblatione consummauit in æternū sanctificandos. Item, ver. 10. Sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi, semel peractam. Item, ver. 12. Hic autem vnā pro peccatis offerens hostiam in sempiternum sedet ad dexteram Dei. Item, Heb. 9. 28. Christus semel oblatus est, ad multorum exhaurienda peccata. Hinc tandem concludit apostolus hanc exhortationem & consolationem ver: 19. Habentes igitur fiduciam introeundi in sancta, per sanguinem Iesu accedamus cum vero corde, in certitudine fidei, aspersi cordibus à conscientia mala, teneamus confessionem spei inflexibilem, fidelis est enim qui promisit. Cùm itaque solutio debiti seu satisfactio pro culpa sit multò maior & potentior ad saluandum, quàm debitum & culpa  
ad

ad  
mag  
oran  
vera  
per  
mora  
ferme  
pag. 1  
(inqu  
mentu  
Vox sic  
luit mu  
nis Abel  
ctorum  
catorum  
peccata  
tentior  
bonum  
lum. Ha  
Qu  
Christi  
Corint  
it: Po  
per ho  
mortue



ad perdendum, nemo desperet ob  
 magnitudinem & multitudinem su-  
 orum peccatorum, sed confugiat in  
 vera pœnitentia ad thronum gratiæ,  
 per fidem in Iesum Christum. Me-  
 morabile dictum est Bernhardi in  
 sermone de annuntiatione virginis  
 pag. 151. De remissione peccatorum  
 (inquit) validissimum teneo argu-  
 mentum dominicam passionem.  
 Vox siquidem sanguinis eius inua-  
 luit multò plus, quàm vox sangui-  
 nis Abel clamans in cordibus ele-  
 ctorum remissionem omnium pec-  
 catorum. Traditus est enim propter  
 peccata nostra, nec dubito quin po-  
 tentior & efficacior sit mors illius in  
 bonum, quàm peccata nostra in ma-  
 lum. Hactenus Bernardus.

Quarta collatio est Adami &  
 Christi. Hanc collationem Paulus 1.  
 Corinth. 15. 21. instituit : Ita enim a-  
 it : Postquam per hominem mors,  
 per hominem quoque resurrectio  
 mortuorū. Sicut enim in Adā omnes  
 mori-



moriuntur, sic & in Christo omnes  
 viuificabuntur. Hic Paulus opponit  
 inter se Adam & Christum, tanquam  
 contrarias causas, quarum sunt con-  
 trarij effectus. Vt enim per Adam  
 peccantem mors peruasit in omnes  
 homines : Sic per Christum iustum  
 vita venit in omnes, qui credunt in e-  
 um. Rom. 5. 19. Quemadmodum per  
 inobedientiam vnius ( Adam ) multi  
 constituti sunt peccatores: ita obedi-  
 entia vnius ( Christi ) multi constitu-  
 entur iusti. Rom. 5. 15. Nam si vnius  
 delicto multi mortui sunt, multò ma-  
 gis gratia Dei, & donum per grati-  
 am, quæ est vnius hominis Iesu Chri-  
 sti, in multos abundauit. Iam nemo  
 Christianus dubitat, quin Christus  
 Deus & Homo, sit potentior ad vi-  
 uificandum, quàm Adam ad morti-  
 ficandum. Quapropter quicumque  
 desperat veniam, quantumuis sit  
 magnus peccator, Christum contum-  
 elia afficit, eumque in ordinem re-  
 digit, & infra Adamum collocat,  
 quasi

qua  
 ad  
 der

rec  
 scri  
 esse  
 mor  
 gis  
 Paul  
 tuit,  
 liator  
 vitæ  
 recon  
 Pauli  
 arma,  
 & inu  
 litur  
 sugge  
 num

dicir  
 min  
 & on



quasi Christus non esset potentior ad saluandum, quàm Adam ad perdendum.

Quinta collatio, inimicitiae & reconciliationis, de qua Paulus ita scribit. Rom. 5. 10. Nã si cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo, per mortem Filij ipsius, multò igitur magis saluabimur per vitam ipsius. Hic Paulus duplicem collationem instituit, primùm, inimicitiae & reconciliationis, deinde efficaciae mortis & vitae Christi. Mors Christi est causa reconciliationis: vita, salutis. Hoc Pauli dictum Augustinus nominat arma, quibus expugnatur inimicus, & inuictissimum scutum, quo repellitur inimicus desperationem salutis suggerens, multitudine tribulationum & tentationum.

Sexta collatio est morbi & medicinae, item aegroti & medici. Dominus noster se medicum nominat, & omnes malè habentes vocat, & of-

C

fert



fert ijs suam operam, Matth. cap. vn-  
decimo, versu vigesimo octauo. Ve-  
nite omnes, inquit, qui laboratis &  
onerati estis, ego refocillabo vos.  
Hoc intellexit Dauid, cum in psalm.  
centesimo tertio, versu primo. cane-  
ret: Benedic anima mea Domino,  
& omnia, quæ intra me sunt, nomini  
sancto eius. Benedic anima mea  
Domino, qui propitiatur omnibus  
iniquitatibus tuis, qui sanat omnes  
infirmities tuas, qui redemit de  
interitu vitam tuam, qui coronat  
te misericordia & miserationibus.  
Christus ergo noster medicus cum  
sit Dei sapientia, potest curare quos-  
vis morbos. Hinc Fulgentius conclu-  
dit: Si peritus est medicus, omnes  
potest infirmitates sanare, si miseri-  
cors est Deus noster, etiam potest  
peccatum dimittere. Non est per-  
fecta bonitas, à qua non omnis mali-  
tia vincitur: Non est perfecta medici-  
na, cui morb<sup>o</sup> aliquis incurabilis inue-  
nitur. Scriptū enim tenetur in sacris  
literis

lite  
vin  
nob  
tiu  
tib  
ma  
fan  
mo  
firm  
dian  
cont  
cap. q  
impi  
cit M  
tertic  
cato  
dec  
ni f  
qu  
ca  
re  
nu  
qu  
et  
ve



ADVERSUS DESPER. 35

literis Sap. 7. 30. Sapientiã autem non vincit malitia. Quid ergo putemus nobis remitti non posse, cum propitius sit Dominus omnibus iniquitatibus nostris? aut quid in nobis æstimamus sanari non posse, cum Deus sanat omnes languores nostros? Nemo igitur de medico desperans in infirmitate remaneat. Nemo misericordiam Dei extenuans, in iniquitatibus contabescat. Apostolus clamat Rom. cap. quinto, versu sexto. Christus pro impijs mortuus est. Ipse Medicus dicit Matth. cap. nono, versu decimo tertio. Veni in hunc mundum peccatores saluos facere. Matth. cap. decimo octauo, versu vndecimo. Veni saluare, quod perierat. Qualecunque sit ergo, & quantumcunque peccatum, non potest incurabile manere, modò CHRISTUS medicam manum adhibeat. Hic ergo ab ægroto quærendus & orandus est, iuxta dictum Esai. quinquagesimo quinto, versu sexto. Quærite Dominum, dum

C 2

inue-



inueniri potest, inuocate eum dum propè est. Derelinquat ergo impius viam suam, & vir iniquus cogitationem suam, & conuertatur ad Dominum, quia multus est ad ignoscendum. Relinquat ergo impius viam suam, qua peccat: relinquat iniquus cogitationem suam, qua de remissione peccatorum desperat, & secundum Prophetæ dictum conuertatur ad Dominum, quia multus est ad ignoscendum. In hoc multo nihil deest, in quo est omnipotens misericordia, & omnipotentia misericors. Imitetur ergo peccator exemplum Dauidis Psalm. 6. 3. in hunc modum precantis: Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea, quasi dicat: Ego infirmus sum, tu Medicus: sana me ergo ad te confugientem ex mandato tuo. Et alibi ait Psalm. 51. 1. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam, & secundum multitudi-

tudin  
le pr  
to I  
cord  
mife  
dicin  
mean  
num  
iniqu  
lus sa  
contri  
vniuer  
dant or  
Huc a  
August  
medic  
occur  
ne, n  
quid  
cum  
  
H  
nostr  
quot  
bita r



ADVERSUS DESPER. 17

tudinem miserationum tuarum, de-  
le præuaticationes meas, hoc est, pe-  
to Domine Deus magnam miseri-  
cordiam tuam, quia sentio magnam  
miseriam meam. Peto magnam me-  
dicinã tuam contra plagam magnam  
meam, peto multitudinẽ miseration-  
um tuarum, contra multitudinem  
iniquitatum mearum. Tu etiam so-  
lus sanas contritos corde, & alligas  
contritiones eorum, cùm sis bonus  
vniuersis, & miserationes tuæ exce-  
dant omnia opera tua. Psalm. 145. 9.  
Huc addam memorabile dictum  
Augustini ex Psal. 102. Omnipotenti  
medico nullus languor insanabilis  
occurrit: tantùm enim doctõri te si-  
ne, manus eius ne repellas: nouit  
quid lagat: non tantùm delecteris,  
cùm fouet, sed toleres, cùm secat.

Hæ sex collationes semper animis  
nostris sint infixæ, has cogitemus,  
quoties precamur: Dimitte nobis de-  
bita nostra, & statuamus vero corde

C 3

mise-



88 ANTI DOT U M

misericordiam Dei potentio-  
rem & efficaciorē esse, nostra miseria : sta-  
tuamus gratiam supra omnem mo-  
dum exuperare peccatum totius  
mundi : statuamus pretium solutum  
pro debitis nostris, esse multo maius &  
potentius debito, & satisfactionē cul-  
pa: statuamus Christum, secundum  
Adamum, potentio-rem esse ad viuifi-  
candum, iustificandum & saluan-  
dum, quam Adamum primum ad  
occidendum, condemnandum &  
perdendum. Denique statuamus,  
reconciliationem nostri cum Deo  
superare inimicitias quæ fuerunt,  
& medicinam morbo hominis esse  
potentio-rem. Hinc proinde disca-  
mus, quam suavis sit Dominus, &  
quam beatus sit, qui sperat in eo.

*De secunda causa de-  
sperationis.*

Secunda



Secunda causa desperationis, vt  
 proposuimus, est ignorantio voluntatis  
 Dei, quam sola scriptura nobis pa-  
 tefacere potest: quare testimonia  
 scripturæ de hac consulamus, quæ  
 desperationi facilè, modò fidem illis  
 adhibeas, mederi possunt. Propona-  
 mus ergo aliquot illustria testimonia  
 scripturæ, de voluntate Dei erga nos  
 homines. *i. Tim: 2. 4.* clarè scribi-  
 tur: Deus vult omnes homines sal-  
 uos fieri, & ad agnitionem veritatis  
 venire, vnus est enim Deus, vnus est  
 mediator Dei & hominum, Homo  
 Iesus Christus, qui dedit seipsum in  
 pretium redemptionis pro omnibus.  
 Hic tres ordines facit Paulus, in su-  
 premo Deum collocat: in medio  
 Christum redemptorem cum pretio  
 redemptionis: in infimo, non partem  
 humani generis, sed totum huma-  
 num genus, seu omnes homines col-  
 locat. Quicumque ergo se hominem  
 agnoscit, sciat se in eorum numero esse

C 4

pro



pro quibus mediator intercedit, & dat pretium redemptionis. Quomodo autem hoc pretium redemptionis singulis applicandum sit, docet Apostolus, cum ait: Deus vult omnes homines in agnitionem veritatis venire. Est autem agnitio veritatis notitia & fiducia misericordiae DEI propter pretium redemptionis, quod Christus mediator Dei & hominum pro omnibus hominibus semel soluerat in ara crucis. Quicumque ergo venit in agnitionem veritatis, & firma fiducia recumbit in vnicum nostrum mediatorem Iesum Christum, absoluitur ab omnibus peccatis suis, ornatur iusticia Christi, accipit arrhabonem hæreditatis, spiritum sanctum. Quare non est, quòd quisquam desperet veniam, cum constet, Deum omnes velle saluos fieri per hunc Iesum Dominum nostrum, qui eius membra efficiuntur per fidem. Cum hoc Pauli dicto congruunt plurima scripturæ testimonia, ex quibus

bu  
de  
ze  
us  
tat  
Ha  
mn  
eur  
3. 9.  
non  
ad po  
volun  
mnes  
etiam  
iubent  
Item,  
15. an  
inqui  
prædi  
tura.  
erit,  
dide  
moni  
volen  
nos sic



ADVERSVS DESPER. 41.

bus pauca quædam confirmandæ fi-  
dei nostræ causa huc apponam. E-  
zech. 33. 11. Nolo, ait Dominus De-  
us, mortē peccatoris, sed vt conuer-  
tatur à via sua & viuat. Iohan. 6. 40.  
Hæc est voluntas patris mei, vt om-  
nis, qui videt filium, & credit in  
eum, habeat vitam æternam. 2. Pet.  
3. 9. Deus longanimis erga omnes,  
non volens vllos perire, sed omnes  
ad poenitentiam recipere. Hanc Dei  
voluntatem, qua Deus verè vult om-  
nes homines saluos fieri, confirmat  
etiam mandatum Dei, Matth. 17. 5.  
iubentis, vt omnes audiant filium.  
Item, Mandatum Christi, Marc. 16.  
15. amandantis Apostolos suos: Ite,  
inquit, in mundum vniuersum, &  
prædicate Euangelium omni crea-  
turæ, qui crediderit & baptizatus fu-  
erit, saluus erit: Qui verò non cre-  
diderit, condemnabitur. Hæc testi-  
monia, & similia de voluntate Dei,  
volentis omnes, qui crediderint, sal-  
uos fieri, non sinamus nobis eripi vl-

C s

la so-



la sophistica. Si enim hæc est vera, sicuti est verissima, Deus vult omnes homines saluos fieri, profectò falsa erit hæc, Deus non vult omnes homines saluos fieri. Non sunt enim in Deo contradictoriæ voluntates. Quare cum promissio gratiæ edita per filium sit vniuersalis, vt iam demonstratum est: nemo cogitet, aliam esse arcanam voluntatem patris, quæ pugnat cum voluntate ipsius patefacta voce filij eius Iesu Christi. Is enim est verax nuncius, & testis voluntatis Dei patris. Hinc ergo consolationem petamus aduersus desperationem, quam teneamus tanquam ancoram inter fluctus, & procellas tentationum: quod si fecerimus, nunquam euertemur, nunquam dimouebimur loco, nunquam cedemus contrarijs ventis. O foelices nos, si hanc doctrinam de voluntate Dei intimis sensibus & pectoribus infigamus, vera fiducia in Deum recumbentes.

*De*



*De Tertia causa De-  
sperationis.*

Tertia causa desperationis est multis cogitatio paucitatis electorum. Nam cum audiunt Mat : 20. 16. & 22. 14. scriptum esse : Multi sunt vocati, pauci verò electi, statim trepidant & dubitare incipiunt, an sint in illa paucitate electorum. In hunc scopulum multi impegerunt adeò, vt planè de venia desperarent, putantes Deum exarasse, nescio quas fatales tabulas ante mundum conditum. Sed hi in magno errore versantur. Dicitur Domini : Multi sunt vocati, pauci vero electi, nequaquam vniuersali gratiæ, & dicto Pauli I. Tim. 2. 4. Deus vult omnes homines saluos fieri, & alijs similibus testimonijs de vniuersali gratia aduersatur. Sed sententia dicti Christi ex circumstantijs locorum, vbi ponitur, petenda est. Matth. vigesimo, versu 6. Confertur regnum  
cœlorum



cœlorum, hoc est, ecclesia patrifamilias, qui conduxit mercenarios in vineam suam: conduxit autem omnes, quos inuenit otiosos. Mat. 22. 14. confertur regnum cœlorum, hoc est: Ecclesia regi, qui fecit nuptias filio suo. Vtrobique prædicatur gratia vniuersalis, & bonitas Dei erga vniuersos, & simul accusatur magnitudo ingratitude maximæ partis humani generis. Prædicatio gratiæ vniuersalis est: Multi sunt vocati. Accusatio ingratitude & querela Christi, de paucitate bonorum est, Pauci verò electi, id est, credentes & sinceri Dei cultores. Congruit hæc querela, cum ea quæ est Mat: 23. 3. Quoties volui te congregare, vt gallina congregat pullos suos? & noluisti. Si noluit, non necessitate, sed crimine prauæ voluntatis perijt. Sunt qui putant, hanc doctrinam de vniuersali gratia pugnare cum doctrina prædestinationis: & clamitant, eos euertere doctrinam prædestinationis, qui



ADVERSVS DESPER. 45

qui docent vniuersalem gratiam ,  
sed falluntur : vtramque doctrinam  
docemus , nam & vniuersalem gra-  
tiam prædicamus , & prædestinati-  
onem electorum factam esse , ante-  
quam iacerentur fundamenta mun-  
di , agnoscimus , vt Paulus docet ad  
Epheseos primo. Quid dico , agnosci-  
mus ? immo statuimus , prædestina-  
tionem esse solidissimum funda-  
mentum salutis nostræ , ad quam  
semper , & præsertim in agone mor-  
tis , tanquam ad sacram ancoram  
confugimus . Sed non hæremus cum  
Zenonis familia , in vocula prædesti-  
nationis seu electionis , sed modum  
prædestinationis & electionis ex  
Paulo prædicamus . Hic enim Eph :  
1. 4. modum disertis verbis tradit : E-  
legit nos , ait , in Christo ante con-  
stitutionem mundi , Item Eph : 1. 5.  
Prædestinauit nos in adoptionem  
per Christum Iesum . Item Eph : . 6.  
Charos nos fecit in dilecto , in quo  
habe-



habemus redemptionem per Sanguinem eius. Hic Paulus clarissimè prædestinationem definit, pronuncians Deum nos prædestinasse salutis per Christum & in Christo. Per Christum quidem, ut mediatorem & *λογωτύ* : in Christo verò, ut in capite, & cum capite, cuius membra efficimur per fidem. Nam cum fide inserimur Christo, eius membra efficimur, atque ideo prædestinati & electi, quia membra Christi sumus.

Ex his concludo non Stoicam, sed Christianam definitionem prædestinationis, hanc videlicet : Prædestinatio est ordinatio DEI, qua ipse ante constitutionem mundi, secundum beneplacitum & consilium voluntatis suæ per CHRISTVM, & in Christo destinavit vitæ æternæ omnes in Christum redemptorem credituros, ut sint sancti, & immaculati coram ipso, utque laudem gloriæ,



riæ, gratiæ ipsius in omni æternitate prædicent.

Hinc facile est videre, doctrinam prædestinationis non aduersari voluntati D E I, volentis omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: nec tollere vniuersalem gratiam, quam prædicat Euangelium, sed potius eam confirmare. Superiora igitur dicta, quæ adduximus de voluntate D E I, volentis omnes homines saluos fieri, illustrantur prædestinationis doctrina, & prorsus cum ea congruunt, vt alibi copiosè à nobis dictum, & declaratum est.

Coeterùm Stoicæ quorundam prædestinationi multi pij & docti ministri Euangelij opponunt, quatuor hos clypeos, videlicet, mandatum D E I vniuersale, promissionem vniuersalem, *ἀπόστολος* vniuersale, & sigillum vniuersale, videlicet  
ba-



baptismum. Vt enim Deus mandat prædicari Euangelium omnib<sup>9</sup> gentibus, & promittit omnibus credentibus Euangelio propter victimam filij, quæ facta est pro toto mundo, salutem: ita etiam iubet hoc beneficium omnibus obsignari per baptismum. Hæc simul continentur in hoc Domini dicto. Marc. 16. 15. Ite in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui autem non crediderit, condemnabitur.

*De Quarta causa desperationis.*

Quarta causa desperationis est opinio peccati in spiritum sanctum commissi, quod est, teste magistro nostro Christo, irremissibile, & dicitur peccatum blasphemix, & peccatum ad mortem. Multi fuerunt & sunt,



sunt, qui cum non rectè intelligunt, quæ sit huius peccati ratio, putant se hoc peccato involui, ex quo fit, vt de venia miserrimè desperent, sicuti nostra ætate accidit cuidam Italo Francisco Spiræ, qui vocatus Venetias ad Cardinalem, præ metu abiurauit Euangelium, quod antea professus fuerat. Hic miser non rectè definiuit peccatum in spiritum sanctum, quod in Petro apparet, qui etiam præ metu ipsum Christum abiurauerat. Verùm ne quis hinc impingat, diligenter ex verbo Dei definitio peccati in spiritum sanctum eruenda est, qualis hæc est: Peccatum in spiritum sanctum est voluntaria rebellio aduersus Christum rectè agnitum, defectio ab Euangelio in corde hominis per spiritum sanctum illuminantem obfirmato, persecutio Ecclesiæ, spreta & abiecta finaliter Christi hostia, quæ sola peccati expiatrix est. Hæc definitio collecta est, ex multorum

D            locorum



locorum scripturæ collatione, vt alibi notauimus. Dicitur autem hoc peccatum irremissibile, non quòd sit potentius aut maius, quàm gratia: Nam immota stat hæc Pauli regula: Gratia superat peccatum: sed quia non est alia, quàm sola Christi victima pro peccato, quam qui finaliter spernit, absque dubio in æternum peribit. Nemo proinde existimet, se peccare in spiritum sanctum, nisi qui voluntariè & finaliter renunciat Christo, ac eius hostiam extremè contemnit, & abijcit, sine qua salus nulla speranda est. A quo peccato liberet nos Dominus noster Iesus Christus.

*De Quinta causa Desperationis.*

Inter causas desperationis quinto loco posuimus molem afflictionum sine intermissione. Hæc enim si non curatur efficaci remedio, hominem in desperationem veluti per gradus deijcit. Primùm enim promissiones



nes gratiæ paulatim obliterantur in mente, extincta fide. Deinde ingens dolor & cruciatus in corde nascitur, vastata conscientia, hinc sequitur fremitus cordis aduersus Deum; vnde homo tandem in desperationem ruit, quam sequitur æternus animæ & corporis cruciatus in tenebris exterioribus.

Quid ergo remedij habes contra hanc molem calamitatum huius vitæ, ne hominem in desperationem adigat? Triplex remedium huic malo opponatur, videlicet.

1. *Consilium Dei*
2. *Exempla sanctorum*
3. *Collatio momentanea crucis & aterna gloria. Item presentis afflictionis, & aterna pena.*

Consilium Dei, quo alios minus, alios magis, etsi pares, si peccata eorum spectes, affligit in hac vita, non

D 2                      tam



tā scrutandū, quā adorandū est: ha-  
 bet enim causas iusti sui consilij. In  
 hoc Dei consilio, spectanda sunt duo  
 Iudicium, & misericordia. Iudicium  
 quidē, quo iuste punit hominē pro-  
 pter peccatum, cum naturæ, tū per-  
 sonæ: quod quidem in eum finem  
 facit ex paterno amore, vt viam sibi  
 sternat ad misericordiam. Miseri-  
 cordia verò, vt punitus resipiscat  
 & saluetur. Est enim natura Dei,  
 quòd mortificet, vt viuificet: dedu-  
 cat ad inferos, vt in cœlum exaltet.  
 Hæc ergo duo, iudicium & miseri-  
 cordia, excitabunt in afflictō confes-  
 sionem, inuocationem, gratiarum  
 actionem, & Spem. Confessionem,  
 vt dicat cum Dauide Psalm: 51. 6.  
 Peccaui Domine, & malum coram  
 te feci Item psal. 119. 137. Iustus es  
 Domine, & rectum iudicium tuum.  
 Inuocationem, vt dicat cum pub-  
 licano Luc. 18. 13. Deus propitius  
 esto mihi peccatori. Item Psal. 25. 11.  
 Propter nomen tuum propitiare  
 pec-



ADVERSUS DESPER. 53

peccato meo, multum est enim.  
Item psal: 51. 1. Secundum multitudinem miserationum tuarum dele praeuaricationes meas. Gratiarum actionem: Ut dicat cum Job 1. 21. Dominus dedit, Dominus accepit, sit nomen Domini benedictum. Spem denique, ut vero corde sentiat, & dicat cum eodem Job. 13. 15. etiam si me occideris, in te sperabo hoc est, etiam si me extremis calamitatibus subieceris, non desinam in te sperare. Haec enim mea spes in aeternum non confundetur.

Exempla sanctorum, qui propter diuturnas afflictiones non defecerunt a fide, sed magis in spem bonam erecti sunt, scientes iudicium a domo Dei incipere, sunt obuia: sed omissis alijs, exemplum Lazari, quod Ecclesiae toti notum est, proponam, praefertim, quia illud nobis a Christo commendatum est Luc. 16. 20. in hunc finem, ne a Deo deficiamus propter calamitates, quae incidere

D 3      polsunt



possunt in hac vita. Hic Lazarus fuit pauper, vlcerosus, & contemptus vsque ad finem vitæ in hoc mundo. Quid hic fecit Lazarus? non desperauit, non putabat se propterea à Deo reiectum, quia spernebatur ab hominibus: non putabat se ideo abominabilem coram Deo, quia hominibus abominabilis erat, propter morbi sui foeditatem: non putabat se ideo reiectum iri à Deo, quia pauper & mendicus erat. Quid ergo fecit? hoc euentus indicat, mortuus deferebatur ab angelis in sinum Abrahæ. Ergo dum vixit, quæcumuis pauper, vlcerosus, & contemptus, Abrahæ vestigijs institit, vt filius patris: credidit igitur Deo, vt Abraham, obediuit Deo vt Abraham, spem habuit vt Abraham, alioqui in locum beatitudinis cum Abraham nequaquam fuisset receptus. Sed dices fortè: hoc singulare exemplum non potest communem regulam præscribere. Respondeo:

de  
st  
be  
rū  
se  
cō  
ca  
mi  
tur  
stun  
tia a  
tiam  
bus d  
Rom  
collig  
fide a  
exer  
om  
dō r  
à m  
bea  
uo  
lud  
inu  
erit.



deo: potest utique, Deus enim iustus est & æqualis, æqualiter se habentibus, apud quē nō est personarū respectus, quōd ad iudiciū & misericordiam attinet: iudicio omnes cōtumaces, & perseverantes in peccatis vsque ad mortem condemnat: misericordia omnes, qui cōuertuntur ad Deū per fidē in Iesum Christum, recipit. Valet ergo cōsequētia ab vno ad omnes propter cōstantiam Dei in suis comminationibus & promissionibus. Vt Paulus Rom. 4. 23. ab vno exemplo Abrahamæ colligit, omnes, qui credūtiustificari fide absque operibus: Ita nos ab vno exemplo Lazari rectē cōcludimus, omnes afflictos in hoc mundo, modō retineant fidem Abrahamæ, recipi à morte in sinū Abrahamæ, hoc est, in beatā requiē, promissā omnibus inuocantibus nomē Domini, iuxta illud Ioel: 2. 32. Rom: 10. 13. Omnis qui inuocauerit nomē Domini, saluus erit. Quantumuis ergo affligimur



in hoc mundo, statuamus Deum non aliter erga nos affectum esse quàm fuit erga Lazarum : & firma fide promissionem hanc teneamus, Psal. 50. 15. Inuoca me in die tribulationis, eripiam te, & glorificabis me.

Collatio miseriæ præsentis vitæ, & gloriæ futuræ vitæ. Illa finem habet, hæc æterna est: illa momentanea est, hæc perpetua, quæ promissa est ijs, qui in fide perseuerant, & in inuocatione Dei ab hac vita discedunt. Sed per amarum est, inquires, toto vitæ tēpore cruciari? Verissimū quidem hoc est, sed ista amaritudo, si ei artē diuinitus monstratam adhibeas, vertetur in dulcedinem, & tametsi in se manet amara, tibi tamen suauissima videbitur. Vt enim aquæ, quæ erant amarissimæ in Marath, iniecto ligno à Mose ex mandato Domini, factæ sunt dulcissimæ Exod: 15. 25. Sic nihil non fit credentibus



ADVERSUS DESPER. 17

tibus non suauissimum, si lignum illud crucis & supplicij Christi addatur ceu condimentum. Hoc fit, quando in nostris calamitatibus viua fiducia recumbimus in Christum, qui pro nobis in ligno pependit, vt omnia nobis amara fiant dulcia, fiducia Christi, & spe beatæ & æternæ gloriæ, quæ in immensum excedit huius vitæ calamitates & miserias, quantumuis longissimas. Vt enim mare superat sua quantitate guttulam aquæ: ita gloria, quam speramus, superat, immo supra modum excedit omnes huius mundi calamitates, & miserias totius humani generis. Quicumque ergo conflictatur cum perpetuis afflictionibus in hac vita, cogitet etiam de immensa gloria, quæ proposita est ijs, qui in inuocatione Dei ex hoc mundo discedunt. Hanc collationem præsentis miseriarum & futuræ gloriæ commendant nobis Christus, Paulus, & Petrus. Christus Matth. 10. 28. No-

D 5            lite



lite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed timete potius eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehenna. Perdere hinc non est in nihilum redigere, sed æternis cruciatibus affligere. Vult ergo Dominus, ut cum affligimur in hac vita, duplicem collationem instituamus, unam afflictionis presentis vitæ, & poenarum æternarum: Alteram afflictionis presentis vitæ, & futuræ gloriæ in vita beata. Quando ergo affligeris in hoc mundo, cogita quæ sit hæc brevis afflictio, quæ ne momenti quidem rationem habet ad poenas æternas, quæ manent omnes, qui non conuertuntur ad Deum ante mortem. Hinc in afflictione excitaberis ad poenitentiam, ut effugere horribiles illas poenas & æternas queas. Rursus quando affligeris, cogita quàm leuis poena sit hæc, si conferatur cum gloria sempiternæ



ADVERSVS DESPER. 59

ternæ vitæ credentibus in Christū  
promissa. Hic rursus & ad pœnitenti-  
am, & ad patientiam excitaberis. Ad  
pœnitentiam quidē, vt fias parti-  
ceps beatæ immortalitatis. Ad pa-  
tientiam verò, vt propter spem pro-  
missæ salutis æternum duraturæ,  
forti animo sustineas afflictiones  
huius vitæ, ac eas pro nihilo ha-  
beas. Paulus. 2. Cor. : 4. 17 Leui-  
tas afflictionis nostræ supra mo-  
dum momentanea, æternum supra  
modum pondus gloriæ operatur  
in nobis, dum non spectamus ea  
quæ videntur, sed quæ non viden-  
tur. Rom. 8. 18. Non sunt affli-  
ctiones huius vitæ condignæ ad  
futuram gloriam. Petrus. 1. Pet.  
5. 10. Deus omnis gratiæ, qui vo-  
cavit nos ad æternam suam glori-  
am, in Christo Iesu, paululum af-  
flictos ipse vos perfectos reddat.  
Breuiter, cū habeamus duplex man-  
datū Dei, vnū obedientiæ, alterum  
inuo-



inuocationis, quoties cruce, quantumuis graui, premimur, simus Deo obediētes sub cruce, in vera patientia, ac ipsum inuocemus, qui dixit Psal. 50. 15. Inuoca me in die tribulationis, eripiam te, & glorificabis me.

### *De sexta causa Desperationis.*

Sexta causa desperationis est diuturna & longissima peccandi consuetudo, qua homo se totum diabolo subijcit contempto Deo & eius verbo. Nam qui impunitati vitæ diutius indulgent, eorum conscientia, quasi cauterio inuritur 1. Timoth: 4. 2. vt iam non sentiant malum. Qui ergo tales sunt, difficulter in viam reuocari possunt. Impius, ait Salomon Pro: 18. 3. cū in profundum peccatorum venerit, contemnit, id est, securus fit, & conte-



contemnit iudicium Dei, nec de  
 pœnitentia agenda cogitat. Nihil  
 ergo periculosius est tali peccandi  
 consuetudine, qua multi, proh do-  
 lor, in æternum exitium præcipi-  
 tantur. Quid hic dicemus? Si gra-  
 tia superat peccatum, & Deus non  
 vult mortem peccatoris, neque hic  
 omnino desperandum est. Nam cer-  
 tum est, quod bonitas Dei inuitet  
 omnes ad pœnitentiam, donec in  
 hac vita fuerint. Rom. 2. 4. Etsi igi-  
 tur periculosissima est longissima  
 peccandi consuetudo, vt diximus,  
 qua texitur longa & tristissima pec-  
 catorum catena: tamen misericor-  
 dia Dei pœnitenti exposita est. Sed  
 hic opus perito medico. Vt enim in  
 vitijs corporis medendis fit: Ita eti-  
 am in peccatis hominum curandis  
 fieri necesse est. Vitia corporis alia  
 facile curantur applicatione malag-  
 matis: alia opus habent sectione:  
 ijs quæ sectione non curantur, i-  
 gnis adhibetur, vt exuratur vitium  
 co po-



corporis. Sic alia peccata salutari-  
bus admonitionibus emendantur:  
alia obiurgationibus & minis cu-  
rantur: alia non nisi cruce & affli-  
ctionibus sanantur. Cuius generis  
est longa peccandi consuetudo, &  
inueterata, de qua nunc nobis ser-  
mo est. Latro qui audiuit à Domino,  
cras eris mecum in paradiso, nun-  
quam resipuisset, nisi cruce fuisset  
eruditus, nam venerat in profun-  
dum peccatorum. Huius Latronis  
exemplum, ideo proponitur nobis  
in passione Domini, vt sciamus nul-  
lum peccatum tantum esse, neque  
tam diuturnum, quin possit sanari  
asperfione sanguinis Christi, quod  
fit, quando homo conuertitur ad  
Deum per fidem in Iesum Chri-  
stum. Huius sanationis imago pro-  
ponitur nobis in Lazaro quadridu-  
um mortuo. Vt enim Dominus  
non solùm potuit sanare socrum  
Petri febricitantem, cœcos, clau-  
dos



ADVERSVS DESPER. 63

dos, leprosos, Item filiam Iairi in lecto iacentem mortuam excitare, item, filium viduæ iam exportatum extra urbem vt sepeliretur, verum etiam Lazarum quadriduum iam foetentem in sepulchro excitavit. Ioh. ii. 44. his imaginibus significatur, quod medicus animarum nostrarum Iesus Christus possit & recentia vulnera animæ, & inueterata foetentiaque sanare. Hic noster medicus sanauit Manassem, Magdalenam, Latronem, & innumeros alios, quantumuis in peccatis suis, veluti sepulti foetuerunt. Nemo ergo desperet veniam, etiã si diutissimè in peccati lutu & foetore demersus fuerat. Si vritur igne crucis, & inde excitatur conscientia, quæ iã diu, tanquã mandragora sopita iacuit, agat gratias Deo, qui dignatus est sibi manum medicam adhibere, & reuertatur à via sua pessima, per fidem in Iesum Christum.

Quod



*Fulgentius*

Quod si fecerit, sanabitur à suo morbo, tametsi fuerit longissimus & periculosissimus. Semper, ait Fulgentius, delectatur Deus conuersione nostra, nec tempus huiusmodi, quam diu in hac vita est, posuit, quo propitiari conuerso non possit, immo tempus omne præsentis vitæ conuersioni nostræ cognoscitur deputari. Idem: Nulla prolixitas temporis, vel æquitati diuinæ, vel pietati præiudicat. Pœnitentia nunquam est apud Deum sera: in cuius conspectu semper pro præsentibus habentur, tam præterita, quàm futura. Si diuturnitas peccatorum Dei vinceret misericordiam, non in ætate mundi nouissima veniret, vt peccatum mundi pereuntis auferret. Verùm hîc quilibet omnium primùm cogitet, quàm multa mala concurrant in vno peccato. Primùm in se est turpe & abominabile, quo dignitas humanæ naturæ defœdatur, tanquam coeno immundissimo



ADVERSUS DESPER. 63

sumo & foeditissimo. Secundo, placet mirum in modum impuris spiritibus: id est, diabolis, nec quicquam diabolis iucundi, quod ut homines formati ad imaginem Dei, sui similes per peccatum, euadant. Dominantur enim diaboli per peccata hominum, iisque pascuntur, ut ait Augustinus. Tertio, Deo sancto & casto peccatum summè displicet, nam est violatio legis diuinæ: defectio à Deo: deformatio & inductio imaginis Dei, ad quam factus est homo: pro-uocatio iræ Dei in peccatorem: Quarto, peccatum nocet committenti, nam eum obstringit ad æternas pœnas, nisi fiat remissio. Quinto alijs imitatione nocet, nam qui te peccantem imitantur, non solum ipsi rei fiunt æternarum pœnarum, verumetiam tuus reatus fit maior coram Deo, adeo ut Christus dicat de tali homine: melius esse mola asinaria alligata capiti eius demersum esse in mare.

E De-



Deinde cogita, quàm grata sit Deo & angelis eius matura resipiscencia. Gaudium, inquit Dominus, angelis in cœlo super vno peccatore poenitentiam agente. Præterea cogita, quantum periculum sit in peccatis consenescere. Sera poenitentia, vt ait Augustinus, rarò vera. Multi tolluntur è medio subitò præter omnem expectationem, multi traduntur in reprobam mentem. Pauci admodum, qui consenuerunt in peccatis, in viam reuocantur, sed obruuntur tenebris mentis & cordis, vt de poenitentia agenda nunquam cogitent. Ambulabant, ait Sophonias cap: 1. 17 vt coeci, quia Deo peccauerunt. Thesaurifant sibi iram in diem iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Iuxta duritiem tuam (ait Paulus Rom 2. 5.) & cor poenitere nescium, colligis tibi ipsi iram in diem iræ & reuelationis iusti iudicij Dei.

Cogi-



ADVERSVS DESPER. 67

Cogita voluntatem tuam non posse mutari à malo ad bonum sine gratia Dei, sed magis magisque in malo indurari. Vt enim sole subtrahente suos radios, sponte sequuntur tenebræ, quæ magis magisque crescunt: Ita Deo subtrahente suam gratiam, sponte succedit peccatum, crescitque magis magisque, donec hominem prorsus oppresserit æternis tenebris. Nihil proinde tutius est, quàm citissimè conuerti ad Dominum, & ambulare coram Deo nostro sollicitè, inuocare Deum, gratias agere Deo: audire, legere, & meditari verbum Dei, exercere opera charitatis, facere opera vocationis in timore Dei: cogitemus ideo diem mortis esse incertum, non vt differamus, sed vt maturemus poenitentiam. Iuuenibus enim mors est in insidijs, senibus in ianuis. Memorabile est Augustini dictum, Ne, inquit, desperando augeamus

E 2 pecca-



peccata, propositus est poenitentiae portus: rursus ne sperando augeamus, datus est dies mortis incertus. Cogitemus igitur de extremo actu vitae, ut ille sit latus, cogitemus de futuro iudicio, imitantes diuū Hieronymum, qui hac cogitatione se in timore Dei continebat. Siue, inquit, comedam, siue bibam, siue aliquid aliud faciam, semper vox illa videtur sonare in auribus meis: Surgite mortui, & venite ad iudicium. Notetur hūc consilium Augustini: Vis à dubio liberari: Vis quod incertum est euadere, age poenitentiam, dum sanus es: si sic agis, dico tibi, quod securus es, quia poenitentiam egisti eo tempore, quo peccare potuisti.

**FINIS.**

T  
 auto  
 luce  
 opinio  
 ri bon  
 vellent  
 nos nul  
 mihi ip  
 chartas  
 bus obt  
 nicam  
 V. Dn.  
 Christia  
 venustis  
 it. Quo  
 accipiat  
 ut crebra  
 ni, eius  
 recitatio  
 etiam o  
 ORA  
 Deus  
 Terra  
 Qui



## TYPOGRAPHVS.

Tractatus hic, cùm propter Dn. autorem, tum propter argumentum luce & lectione dignissimus, præter opinionem meam, & citius quàm viri boni auidè illum cognoscentes vellent, desijt: boni enim apud bonos nulla fatietas. Ne itaq; quod mihi ipsi displicet, alijs proponã, & chartas inanes æquo plures ementibus obtrudam: Orationem Dominicam Iambico Dimetro à Clariss. V. Dn. Ioanne Stigelio, Poëtarum Christianorum suo seculo principe venustissimè redditam addere libuit. Quod vt à Dn. autore ne sinistre accipiatur, tuque beneuole lector, vt crebræ aurei huius libelli lectioni, eiusdem precationis deuotam recitationem addas, etiam atque etiam oro.

## ORATIO DOMINICA

*Deus sator mortalium*

*Terra potens & siderum,*

*Qui mitis in nos asperos,*

E 3

Gra-



Gravisq; culpa conficios,  
Gaudes patris vocabulo,  
Nutuq; seruas omnia.  
Fac innotescat omnibus  
Nomen tuum mortalibus,  
Verbi tui suauissima  
Sic instruat nos gratia,  
Ut te colamus vnicum  
Sicut iubes per Filium.  
Accende mentes lumine  
Tuiq; regni imagine,  
Ut inchoent hic aurea  
Vita perennis secula,  
Regno tuo nocentium  
Infringe vires hostium.  
Fac nostra semper ut tuis  
Mens acquiescat legibus,  
Consentiat cum caelica  
Terrena pax concordia.  
Iussum ministret mens opus,  
Curae tibi sit exitus,  
Dum congregatim viuimus,  
Largire nobis quas sumus  
Externa vite commoda,  
Quibus vigent commercia,  
Agnoscat ista charitas,  
Agatq; verè gratias.  
Ignosce noxam fontibus  
Culpaq; vim dolentibus,  
Delicta si nos hostibus

Non

T  
L  
V  
Nisq  
D  
C  
T  
F  
E  
N  
C  
D  
E  
C  
H



*Non asperere remittimus.  
Da, pœnitere mens queat,  
Ut te iuuantem sentiat.  
Nusquam finas nos obrui  
Draconis astu perditu,  
Captos sed hostis artibus  
Tuis tuere viribus:  
Fac, militemus strenue  
Et compotes victoria.  
Nos adferas ab omnibus  
Calamitatum casibus.  
Ducemq; mentem corporis  
Ex mole duri carceris,  
Cum postulabunt tempora,  
Hinc transferas ad sidera.  
Amen.*




Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is significantly faded.



B. DALL 1983







In sacramenta

& contra diabo

rum

**Q**uamandu

am & bibit sangui

ne ma net & e

est dominus. **U**e

omnium po

ymago dei

genius omni

in ipso confite

ctis. & in tri

multibilia. si

dominatione

tus. siue potes

ipsum. & in

& ipse est am

in ipso constam